

**800\*** pezzo di lesena di marmo bianco, lungo onc. 9, largo 3, disotterrato fuori di Acqui nel 1813 fra i rottami d'antiche fabbriche sulla sponda sinistra del Meri verso mezzanotte BIORCI.

ERASTVS  
ÆD·R·Q  
LARIB·ET  
FAMIL

Biorci 1, 24.

Quamquam quae de tituli inventione narrantur, suspicionem excludere videntur, propter argumentum magnopere suspectus est. Nam Erastum aedilem tribunum quaestorem nemo opinor defendet; alia autem explicatio nulla suppetit.

**801\*** Corticelle prope Aquas.

a. u. c | dccclxxxi | diuo hadr. imp | c. c. c

Biorci Acqui (1818) 1, 60, ipse de titulo dubitans.

4 'censa civium capita, e non castrum Curticellae construitur, come pretendono quei di Corticelle' Biorci.

**802\*** M. Helvius M. f. Cam. Rufus Civica cet. (prope Tibur: Mur. 476, 11), quem titulum loco non enuntiato allegat Biorci Acqui 1, 67, Muratorius Vagienn. n. 30 temere inde citat utpote Aquensem.

## XL. HASTA.

**803\*** lapis exstat in summitate arcus, quem nostri antiqui cives erexerunt in honorem Pompeii revertentis ex Hispania in introitu pontis Burburis TURCUS. Franciscus Panis recolendae memoriae civis haec legens simulque in quadam scheda Bruti Salomonii legens ipsum Brutum affuisse, cum ex puteo antiquae . . . abbatiae SS. Apostolorum lapis ita inscriptus extraheretur, lapidem . . . perquirere coepit (et) . . . maximam eius partem . . . per longum dissectam ac pro liminari ianuae ecclesiae S. Magdalenae . . . locatam reperit . . . (Eius) schedam cum secundus Panis Francisci filius nobis ostendisset . . . Petro Alberto Mazzetta syndico pars illa marmoris inde fuit ablata in aula Palatii civitatis addita parte marmoris ac literarum quae desunt collocanda PHIL. MALABAYLA 1656.

cn(eo) pomp(eio) q(ui) [cod. r] xxii regio(nibus) sobact(is)  
astam a gomer condit(am) a gall(is) deirot(am) restau(rauit)  
pob(licae) laet(itiae causa) pp(osuerunt)

Raym. Turcus cod. Taur. reg. 145 et univ. apud Pasinium catal. 2, 176 et denuo p. 182. Ex Turco Guido Ant. Malabaila comp. hist. 1638 f. A'; Phil. Malabaila in collectaneis Taurinensibus apud Pasinium p. 317 seq. Impugnavit titulum Fr. Aug. della Chiesa hist. chronol. (1645) p. 159; contra quem dixit Phil. Malabaila clypeus civ. Astensis (1656) p. 9, contendens titulum post Panem denuo se repperisse (vide supra). A prioribus Guichenon 1, 49 ex Chiesa; Ughelli Ital. sacra 4, 332 ed. 1719; Mur. ad 1799, 4 ex Guich.; Muratori Asti fals. n. 1. — Exhibui ad cod. 145 ut reliquas in eo repertas.

**804\*** Astenses erexerunt lapidem in platea cum hac inscriptione, qui lapis deinde positus fuit in columna de lateribus in burgo Manfreoni, ubi adhuc manet TVRCVS.

aelenae aelianaee mulieri pulchritudine | formae ueneri et prudentia et aliis | uirtutibus palladi comparandae | ob ciuitatem a bellouesi furore et direptione | seruatum astenses ciues optumae | ciui pp.

Raym. Turcus (cod. Taur. reg. 145 et univ. apud Pasinium catal. 2, 178) ex Fabio Resta, ut ait. Inde Guichenon 1, 59 a Phil. Malabaila; ex Guichenonio Spon misc. p. 158; Mur. 1799, 4 ex Guich. et Sponio; Muratori Asti fals. n. 3.

Recte observavit Promis auctorem adhibuisse titulum Taurinensem n. 7045 sic editum a Pingonio: d. m. Vaeciliae Aelianaee ciui Polentiae cet.

**805\*** Iulius Caesar construi fecit in urbe Astensi palatium praetorianum et apud illud turrim, quae propterea turris Caesarea dicta fuit. Et in ipsa turri fuit etiam positum marmor cum hac inscriptione:

c. iul. caes. c. f. | de galleis et allobrogibus | triumphatori | astens. benefactori pio inuicto diuo | asten. ciu. laet. et grat. animi ergo pp. | l. d. d. d.

Raym. Turcus cod. Taur. reg. 145 et univ. apud Pasinium catal. 2, 182. Inde G. A. Malabaila comp. hist. (1638) f. A'; della Chiesa hist. chronol. (1645) p. 149 ex G. A. Malabaila; Guichenon 1, 49 ex Chiesa; Spon misc. p. 265 ex Guichenonio; Mur. 1796, 2 ex eodem; Donat. 96, 2 ex Sponio; Muratori Asti fals. n. 5.

Nititur falso titulo Taurinensi relato ex Pingonio supra n. 746\*.

**806\*** Astenses posuerunt lapidem in palatio praetoriano cum hac inscriptione:

c. iul. caes. domitor. galliarum | dictatori perpetuo triumphatori | s. p. q. ast. laetit. ergo p. p. | l. d. d. d.

Raym. Turcus cod. Taur. reg. 145 et univ. apud Pasinium catal. 2, 183. Inde G. A. Malabaila comp. hist. f. A'; Guichenon 1, 50 a Phil. Malabaila; Spon misc. p. 265 ex Guichenonio; Mur. 1796, 3 ex eodem; Donat. 96, 1 ex Sponio; Muratori Ast. fals. n. 6.

ET HONORIS ante P-P addit G. A. Malabaila.

**807\*** in muro palatii civitatis positus videtur lapis cum hac inscriptione:

aeterno principi octau. aug. | asta ciuitas propensi animi ergo | l. d. d. d.

Raym. Turcus cod. Taur. reg. 145 et univ. apud Pasinium catal. 2, 183. Inde Muratori Asti fals. n. 10.